Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



61

inuia sua · inho
mine faciente in
iustitias ⁊
Desine abira & de
relinque furorem ·
noli emulari ut
maligneris ⁊
Quo qui malignan
tur exter minabun
tur · sustinentes
autem dnm ipsi he
reditabunt terram ⁊
Et : adhuc pusillum
& non erit peccator ·
& queres locum ei
us & non inuenies ⁊
Mansueti autem here
ditabunt terram ·
& delectabuntur
in multitudine pacis ⁊
Obseruabit pecca
tor iustum · & stri
debit super eum
dentibus suis ⁊
Dns ÷ autem : irride
bit eum · quoniā
prospicit quod ue
niet dies eius ⁊
Gladium euagina

Exterminari est · foras terminos proici · idest ab illa di ciuita te fraudari ⁊ qui uero econtra sustinent dnm · ipsi hereditate possidebunt ter ram uiuentium ⁊

Mansuetos appella mus manu consue tos · idest pacien tes et mites · quos nulla turbatio fu roris exagitat ⁊ illi possidebunt fu turam hierusalem et in eā permanebunt in scm saeculi ⁊ In multitudine pacis ⁊ pax enim futuri scli est · ubi nihil aduer sum · nihil potest esse contrarium ⁊

Non quia dns aliquē inrideat · sed quia ipsi dati sunt ut inridentur in uindic ta ⁊ quoniam prospi cit hoc est dns scit quando ueniet dies ul tionis et perditionis ei ⁊

Ira est enim quae celeri motu ani mum succendit ⁊ furor · qui diutius perseuerat ⁊ ergo utraque nos iubet deserere · per quae ad culpam possumus peruenire ⁊ Noli emulari · alios ad ne quitiam pro uocan do ⁊ ut maligneris · ne ipse nequam efficiaris ⁊

Pusillum enim · a pugno dicitur · quod contri tis digitis manu pos sit includi ⁊ Significat tempus quod restat usq · ad diem iudicii qd comparationem preteri torum dierum omnino paruissimū est ⁊ et n̄ erit peccator · n̄ quia ipse qui pec cauit non erit · sed pec care iam desinit ⁊ locū ei · istū mundū sig · qui pecca torib; tantum demulcet proprieq · ipsis amicus ē ⁊

Obseruabit peccator ius tum · quando illum uiderit sceleratus bo nis moribus insudare · quia per opera scorū ipsi cruciantur et tor quentur inuita presenti ⁊ stridebit dentibus qui bus eum nititur deuorare dum pximo minatur interitū ⁊

Gladius peccatoris est quilibet dolus · alte rius desiderans lesio nem ⁊ quem educet ille